



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

Quomodo necessaria sit ad disciplinae susceptionem humilitas. Cap. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

§ S. BON. SPEC. DISCIP.

perfectius assequendo peculio, extra cognationem & patriam, vel ad tempus secedere. Verum, quia per se nullo modo sufficerent, ad machinamenta diaboli repellenda: ad Christum, propter quem omnia contempserunt, qui est tentatorum refugium & debiliū fortitudo, qui se fideliter inuocantibus facit cum tentatione prouentum; ut valeant sustinere, crebris supplicationibus & deuotis recurrat: ut qui eos dignatus est de fornace Babylonis eripere, bonum in eis perficiat quod incepit. Frequens & feruens oratio, dissipat omne malum. Ollæ feruenti muscæ non *incident.

1. Cor. 10, 13

Crebrò
orandum
& feruenter.

al. in h. det.

Quomodo necessaria sit ad disciplina susceptionem humilitas.

CAP. III.

vs. 2. in sit.
om. ad no.
tit. 6. 7.

DENIQUE quoniam, ut ait Hugo, Sicut cera, nisi prius emollita fuerit, formam non recipit: sic & homo quidem ad formam virtutum non flectitur, nisi ab omni elationis & contradictionis rigore, per humilitatem humilietur:] necesse habent qui disciplinæ cupiunt moribus informari, ut humilitatis radicem in corde figere studeant, & tumorem propriæ voluntatis, præsumptionis & irreuerentiæ vitia, quæ à superbia procedere solent, tam in re quàm in signo vigilantius caueant: ut humilitas ancillæ more, locum præparet disciplinæ.

De captinatione voluntatis propriæ.

CAP. IIII.

Proffer lib.
2. de vita
contemp.
6. 17.

VOLUNTATEM itaque propriam ingenti curent studio captiuare. Quid enim prodest sub vnius ordinatione viuentibus, quod facultates suas abiiciunt; si proprias voluntates
non